

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Iniuria r  
cum fontibus proximo et primo

In omni iniuria per multum interest,  
utrum perturbacione animi an consulte fiat.  
Perturbacio plerumque breuis est et ad tempus.

Ideo leuiora sunt, que repentina motu accidentur,  
quam ea que premeditata inferuntur.

Tullius in sua rhetorica.

← In omni autem iniusticia permultum interest,  
→ utrum perturbacione animi an consulto fiat iniuria.  
Perturbatio enim plerumque breuis et ad tempus.

Ideo leuiora sunt que repentina motu accidentur,  
quam ea que premeditata inferuntur.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma philosophorum*, I.B1.2 (J. Holmberg ed., p.29, ll.22-25).

Sed in omni iniustitia permultum interest  
utrum perturbatione aliqua animi,  
quae plerumque brevis est et ad tempus,  
→ an consulto et cogitata fiat iniuria.  
Leviora enim sunt ea quae repentina aliquo motu accidentur  
quam ea quae meditata et praeparata inferuntur.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1.27 (M. Winterbottom ed., p.11, ll.24-28).